



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 70. Ferdinandi Ponzetti Cardinalis extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

nensem se contulit. Ibi in Cœnobio, **Sæcul. XVI.**
 quod vulgo *Maguzani* dictum, prope la- **A.C. 1527.**
 cum Gardæ situm est, obiit die nona
 Augusti anno millesimo quingentesimo
 vigesimo septimo, ibidemque sepultus
 est sine ulla funebri pompa. Viros scien-
 tia claros summopere coluit, eosque ad
 mensam habere voluit, unde ex erudi-
 tis illorum colloquiis plurimum pro-
 fecit.

§. LXX.

Ferdinandi Ponzetti Cardinalis extrema.

Inter Cardinales, qui hoc anno deces-
 serunt, tertius erat Ferdinandus Pon- **Ciacon. l.cit.**
 zettus, patria Neapolitanus, quamvis **Garimb. l 6.**
 eum Florentini scriptores suum faciant **hist. dirept.**
urbis.
 civem; contendunt enim illi, Ferdinan- **Ughel. in I-**
 dum fuisse Filium Francisci Lippi, cu- **tal sacra.**
 jus Avus Neapoli excessit, filius ve- **Aubery vie**
 vero Florentiæ natus est Anno Christi **des Card.**
 millesimo quadringentesimo quadrage- **Scipio Am-**
 simo quarto, ibidemque inter cives ad- **mirat in**
 scitus, suam protraxit familiam, quo cir- **his. Flor.**
 ca Florentini Ferdinandum nonnisi o-
 rigine Neapolitanum fuisse affirmant,
 idque testatum faciunt ex quodam mo-
 numento, quod Romæ in Ecclesia S.Ma-
 ria de Pace hodiecum visitur. Ce-
 terum Ponzettus plurimos vitæ suæ an-

Sæcul. XVI. nos ad Romanæ Ecclesiæ obsequium
A.C. 1527. impendit, demum vero a Leone X.
ærarii Apostolici Præfectus, inde Epis-
copus Melphitenis, Grossitanus, ac tan-
dem Anno millesimo quingentesimo
decimo septimo Mense Julio Cardinalis
renuntiatus est. Evidem Garimber-
tus testatur, Ponzettum professione Me-
dicum, ac divitiis abundantem, sexa-
ginta aureorum millium pretio purpu-
ram emisse, verum exigua admodum fi-
des huic auctori adhibenda, eoquod abs
ullo teste talia scripserit, & aliunde ejus
fides multum suspecta, & primævo in-
dolis vicio ejus lingua nimium maledi-
ca comprobetur. Virum hunc potius
meritorum splendore Cardinalitiam di-
gnitatem, quam juxta Ciaconium non-
nisi octogesimo ætatis suæ anno ob-
tinuit, plurimum illustrasse, suaque pru-
dentia, ac morum comitate ingentem
sibi laudem comparasse constat. Præ-
fuit Ecclesiæ Melphiteni eo tempore,
quo hæc civitas a Lautreco Franciæ
Regis Belliduce ingenti civium clade per
Gallos devasta, ac pene diruta fuit.
Germani, postquam Romanam urbem
occuparunt, indigno prorsus modo hunc
Cardinalem habebant, illumque asino
impositum per urbis plateas tanta bar-
barie ac furore circumvehabant, ut pur-
puratæ dignitatis contemptum ingemi-
scens,

scens, ex mœrore animi die secunda Sæcul. XVI.
A.C. 1527.
Septembris hoc anno deceperit, post-
quam nonagesimum ætatis suæ annum
expleverat. Ciaconius obitus sui tem-
pus ad Mensem Martium anni sequen-
tis rejicit, id tamen adversatur sepul-
crali inscriptioni, quæ in templo S. Ma-
riæ de Pace legitur, ubi etiam sepultus
quiescit in Sanctæ Birgittæ Sacello,
quod a fundamentis extruxerat; hoc
vero monumentum Jacobus Ponzettus
Melphitenis Episcopus erigi curabat.

Scripsisse fertur tractatum de Sacra-
mentis Adriano VI. Pontifici nuncupati-
tum, item tres libros de venenis; de
Physica volumen unum; alterum de
origine animæ, ac denique de Philo-
sophia naturali libros sex, quos Romæ
edidit Jacobus Mazochius Anno millesimo
quingentesimo vigesimo.

§. LXXI.

Francisci Armellini fatum.

Postremus tandem erat Franciscus Ar- *Ciac. in Leon.*
melli-
nus patria Perusinus non adeo *X p. 389.*
nobili prosapia ortus; quippe, si tamen *Aubery vie
des Cardin.*
Garimberto fides, parentes ejus divitiis *Garimb.*
augebantur ex pecuniis, quas ab aliis *1.6 hist. de
dirept. urbis.*
mutuo acceperunt, ac solutione non fa-
cta auffugerunt; recenset idem quoque
Scriptor, quod eorum Filius Romam

T 3 dela-